VETUS TESTAMENTUM

Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh. Seite 121r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



In nobis spus ad introitu vrm
Dns enim dns vr ipe est dns in celo
sursu et in terra deorsum Nunc er-
go iurate mihi per dominum ut
quomodo ego feci vobiscum misericordiam ita et
vos faciatis cum domo patris mei
detisque michi signum verum et
saluetis patrem meum et matrem et
fratres et sorores meas et omnia que
eorum sunt et eruatis animas nras
de morte Qui responderunt ei
Anima nra sit pro vobis in morte
si tamen non prodideris nos Cumque tra-
diderit nobis dns terram faciemus
in te misericordiam et veritatem Emisit ergo
eos per funem de fenestra domus
enim eius adherebat muro dixit-
que ad eos Ad montana con-
scendite ne forte vobis occurrant
reuertentes Ibique latitate diebus
tribus donec redeant et sic ibitis
per viam vram Qui dixerunt ad eam
Innoxii erimus a iuramento hoc
quo adiurasti nos si ingredie-
tibus nobis terram signum fuerit
funiculus iste coccineus et liga-
ueris eum in fenestra per quam nos
dimisisti et patrem tuum ac matrem
fratresque et omnem cognationem tuam
congregaueris in domum tuam
Qui hostium domus tue ingressus
fuerit sanguinis eius erit in ca-
put eius et non erimus alienis
cunctorum autem sanguinis qui tecum
fuerit in domo tua redundabit
in caput vrm si eos aliquis
tetigerit Quod si nos prodere vo-
lueris et sermonem istum proferre in
medium erimus mundi ab hoc
iuramento qui adiurasti nos
Et illa respondit Sicut locuti
estis ita fiat Dimittensque eos
ut pergerent appendit funic-
ulum coccineum in fenestra Illi
vero perimentes pergentes ad
montana et manserunt ibi tres
dies donec reuterentur qui
persecuti fuerant Querentes enim
per omnem viam non reperierunt eos
Quibus vrbem ingressis reuersi sunt
et descenderunt exploratores de
monte et transmisso iordane vene-
runt ad Iosue filium nun narraue-
runtque ei omnia que acciderant
sibi atque dixerunt Tradiditque
dns in manus nras omnem terram
hanc et timore prostrati sunt
cuncti habitatores eius
Iosue consurgens Capitulum 3m
mouit castra egredientesque
de sethim venerunt ad iordanem
ipse et omnes filii israel et mora-
ti sunt ibi per tres dies Quibus
euolutis transierunt precones per
castrorum medium et clamare cepe-
runt Quando videritis archam federis
dni dei vri et sacerdotes stirpis
leuitice portantes eam vos quoque
consurgite et sequimini precedentes
sitque inter vos et archam spacium
cubitorum duum milium ut procul
videre possitis et nosse per quam
viam ingrediamini quia prius
non ambulastis per eam et caue-
te ne appropinquetis ad archam
Dixitque Iosue ad populum Sancti-
ficamini cras enim faciet dns inter
vos mirabilia Et ait ad sacerdo-
tes Tollite archam federis et
precedite populum Qui iussa complentes
tulerunt et ambulauerunt ante eos
Dixitque dns ad Iosue hodie in-
cipiam exaltare te coram omni israel
ut sciant quod sicut cum moyse fui
ita et tecum sum Tu autem precipe
sacerdotibus qui portant archam
federis et dic eis Cum ingressi
fueritis partem aque iordanis state